

iterum imbuit. Tot autem in hac vrbe templa & facella, quot dies anni Solaris, esse perhibentur: in quibus maximè eminent, si splendorem ædificiorum spectes, Præfulis Basilica, & Cœnobium S. Emerani. Ponte Danubium lapideo iuxuisse scribitur Henricus V. Imperator, anno M CXXXV. cui nullus est similis, nec in Danubio, nec in Rheno, pilis & fornicibus altis. Nam veterem illum pontem fornicatum admirandi operis, quem Traianus in nouæ prouinciae tutelam fecerat, non ita multò pòst Adrianum demolitum fuisse legimus: ne barbaris pateret aditus ad Mœsias depopulandas. Suburbium vulgus eruditorum *Ripariam* nominat: ubi adhuc Prætorium est Boiorum principis.

IN RATISPO NAM V R- BEM IMPERIALEM Epigrammata.

N. REVSNERI.

Seu Regni castrum, seu Vis Regina vocari
Tot orbium Germania:
Sine tibiratum, Rhetorum siue potentum
Placet Latina vox magis:
Seu potius te prisca iuvant data nomina regum,
Quos Roma, quos Boaria
Patria iam celebrat: quâ sive est pulchrior ora,
Aut frugibus beator:
Quâ riguis se Danubius fert Noricus condis.
Quam telibenter carmine

Cass-